Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quisq· & humilis introitum
cordis aperit · & spm diuine
caritatis imbibit 7

MIRABILIA
testimoni
a tua · 1
deo scru
tata est ea anima
mea 7

Declaratio sermonũ
tuorum inluminat ·
& intellectum dat
paruulis 7

Os meum aperui &
adtraxi spm · quia
mandata tua de
siderabam 7

Aspice in me & mise
rere mei · secun
dum iudicium dili
gentium nomẽ tuum 7

Gressus meos dirige
secundum eloquium
tuũ · et non dominetur
mei omnis iniustitia 7

Redime me a calum
niis hominum ·
& custodiam man
data tua 7

Declarata sunt enim · quae sunt testimonia di· idest mirabilia 7 mirabilia plane · quoniam per ea caelestis uirtus hominibus terrenis innotuit 7 haec semper seruta licet · et assidua meditatione perquiri 7 non illud timeri conuenit · qd dicit altiora te · ne quaesieris · et fortiora te · ne scrutatus fueris 7

O enim dicit mentis introitum · quitunc aperitur · quando aliquid discere curamus 7 adtrahit spm · idest uirtutem faciendi quam per se non poterat adipisci 7 quia mandata tua ardorem siquidem mandatorum se desiderasse ostendit 7

Gressus · significat motus animae 7 nam sicut per gressus ad loca diuersa tenditur · ita et in illa quibusdam passibus siue ad meliora · seu ad peiora progredimur 7 secundum eloquium · petit se sca cohors dirigi · idest secundum iussa quae praecipis · ut nulla illi iniustitia dominari potuisset 7

Sermones di sunt quos iustorum prophetarum auctoritas 7 ut est ecce uirgo concipiet · et alibi · Uidebit omnis caro saluatare di 7 istos sermones declarauit inluminatione aduentus sui · quae sacris litteris tenebantur abscondita 7 paruuli sunt non de aetate dicti · sed de simplicitate et humilitate 7

Frequenter dns aspicit iratus ut perdat · sicut sodomam 7 aspicit etiam propitius · ut in muneribus abel 7 et ideo ne in partem declinasset aduersam · adiunxit miserere mei 7 iudicium quippe di est · ut nomen suum diligentibus · largiatur auxilium misericordiae 7

Calumniae sunt hominum contra honorẽ ueritatis iurgiae requisitae · quas merito precabatur a se auferri · ut amotis diuersitatibus · mandata di posset indagare 7